

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7324

Autre(s) référence(s) : Round 785

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Poilley, Notre-Dame de Montmorel (abbaye, abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1180-1185]

Lieu d'émission : Argentan

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation à l'abbaye de Montmorel du droit d'avouerie et de présentation que Jean de Subligni lui avait donné en diverses églises.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Dubosc François, *Cartulaire de la Manche*, abbaye de la Luzerne, abbaye de Mont-Morel, prieuré de la Perrine, Saint-Lô, Jacqueline fils (Archives départementales de la Manche), 1878, n° VI, p. 4.
- b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCXLV, t. 2, p. 257-258.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 785.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 257. Souscriptions de Guillaume du Hommet, connétable depuis 1179, et de Froger, évêque de Sées, mort en 1185. Henri II était en Angleterre en 1179 et est parti en France en avril 1180.

Texte établi d'après b

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris suis Anglie et Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse ecclesie Beate Marie de Monte Morelli et canonicis regularibus ibidem Deo servientibus omne jus advocacionis et presentationis quod Johannes de Soligneio et uxor sua Aelicia et Hascolfus eorum filius eis concesserunt et dederunt in perpetuam elemosinam rationabiliter in subscriptis ecclesiis, videlicet in ecclesia de Corcellis et in ecclesia de Beneio, et in ecclesia de Gilleberti Villa, et in ecclesia de

Lanteglois in Cornubia. Quare volo et firmiter precipio quod prefata ecclesia et canonici ejusdem ecclesie habeant et teneant in predictis ecclesiis omne jus advocationis et presentationis quod Johannes jam dictus et uxor sua et filius suus prenominati in illis habuerunt, ita bene et in pace, et libere et quiete et integre et honorifice, cum omnibus pertinentiis et libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut predictus Johannes et uxor sua et filius suus eis dederunt et concesserunt, et sicut carta ejusdem Johannis, quam inde habent, testatur.

Testibus : Henrico Baiocensi et Frogerio Sagiensi episcopis, Willelmo de Humetis constabulario, Rannulfo de Glanvilla, Hugone de Creissi, Gaufrido Perticensi, Gerardo de Canvilla, Roberto de Sancto Johanne, Willelmo Filio Radulfi.

Apud Argentomum.